



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

93. Angusta porta intrandum esse in regnum cælorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

nas, ecce, decē & octoannis, nō oportuit  
solui à vinculo isto die sabbathi? Et cūm  
hęc diceret, erubescbāt oēs aduersarij  
eius: & omnis populus gaudebat in vni  
uersis quę gloriose fiebāt ab eo. Dicebat  
ergo, Cui simile est regnū Dei, & cui simi  
le æstimabo illud? Simile est grano sina  
pis, quod acceptū homo misit in hortū  
suum, & creuit: & factū est in arborem  
magnā, & volucres cæli requieuerūt in  
ramis eius. Et iterum dixit, Cui simile  
æstimabo regnum Dei? Simile est fermē  
to, qđ acceptū mulier abscondit in farine  
sata tria; donec fermētaretur totū. \* 93.

C AP. 93. Angusta porta intrandum esse in regnum cælorum, Luc. 13. \* 92.

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**ET** ibat p̄ ciuitates & castella docēs, &  
iter faciēs in Ierusalē. Ait aut̄ illi qui  
dā, Domine, si pauci sunt qui saluantur?  
Ipse aut̄ dixit ad illos, Cō:ēdite intrare  
p̄ angustā portā: quia multi, dico vobis,  
quærēt intrare, & nō poterūt. Cūm aut̄  
intrauerit pater familiās, & clauerit o  
stium, & incipietis foris stare, & pulsare  
ostiu, dicētes, Dñe aperi nobis: & respō  
dēs dicet vobis, Nescio vos vnde sitis:  
tūc incipietis dicere, Māducauimus cor  
rā te & bibimus, & in platēis nostris do  
cuiisti. Et dicet vobis, Nescio vos, vnde  
sitis: discedite à me oēs operarij iniqui  
tatis. Ibi erit stetus & stridor dentiū: cū  
videritis Abraham & Isaac & Iacob, &  
oēs Prophetas in regno Dei, vos aut̄ ex  
pelli foras. Et veniēt ab Oriēte & Occi  
dēte & Aquilone & Austro: & accūbēt  
in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui  
erūt primi, & sunt primi, qui erūt nouis  
simi. In ipsa die accesserunt quidā Pha  
risæo-

R

S. *Matthæus*S. *Marcus*,S. *Lucas*.S. *Iohannes*,

risæorum, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio de monia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõsummor. Verũtamẽ oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia nõ capit prophetam perire extra Ierusalẽ. Ierusalẽ, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui cõgregare filios tuos quemadmodum avis nidũ suũ sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autẽ vobis, quia non videbitis me donec veniat cũm dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini. \* 94.

C AP. 94. *Hydropicus à Iesu die Sabbathi curatur. Luc. 14. \* 93.*S. *Matthæus*S. *Marcus*,S. *Lucas*.S. *Iohannes*,

**E**T factũ est: cũ intraret Iesus in domum cuiusdã principis Phariseorũ sabbatho māducare panẽ, & ipsi obseruabant eũ. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et respõdens Iesus dixit ad Legisperitos & Phariseos, dicēs, Silicet sabbato curare? At illi tacuerũt. ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cuius vestrũm asinus aut bos in puteũ cadet: & non continuo extrahet illum die sabbathi? Et nõ poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicēs ad illos, Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ discumbas in primo loco, ne fortẽ honoratiores te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubo-